

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

De eodem ritu plura ex Maimonide, quem etiam observant hodie Judei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

bant, lessum faciebant funebrem, nudabant caput, vel obvolvebant, deponebant calceos, obnubebant mystacem, & panem comedebant ab aliis allatum. Hæc Prophétam vetat Deus. Quod Judæi cum tanquam insolens, & à vulgatis moribus alienum mirarentur, prædicti futurum, ut ipsi quoque, liberis gladio sublatis, idem facerent, quod ab ipso fieri videbant, nec ullum luctus ederent signum. Unde manifestum est in mortuorum luctu olim inter Hebraeos eum morem fuisse, ut calceos exuerent, quod in lætitia secus fiebat.

Maim. in
Ebel. c. 5.
§. 1.

VIII. Meminit hujus ritus omnium Rabbinorum doctissimus Moses Ben Maimon, qui titulo peculiari, quem **לְבָנָה** de luctu inscripsit, omnia quæ ad luctum pertinent, egregie recenset: *Illæ sunt res, inquit, quæ lugenti prohibentur, die quidem primo ex sententia Legis, diebus autem reliquis ex traditione majorum, nimirum zondari, lavare vestes, balneo corpus recreare, ungi oleo, cum uxore consuescere, calceos induere, facere negotium, legere*

gere in libro legis, ventilare lectum,
 nudare caput suum, salutare. Quod Ibid. §. 6.
 vero inter lugentium ritus tanquam
 prohibitum recenseat, induere cal-
 ceos, ex Ezechieli exemplo petit:
 Unde, inquit, est, quod lugenti pro-
 hibita Sandaliorum assumptio? Eo
 quod Ezechieli dictum fuerit, calceum
 tuum appones pedi tuo: unde genera-
 tim cuivis prohibitos fuisse elicetur.
 Scilicet ex eo quod contra morem
 Ezechieli Deus mandavit, ut nul-
 lum luctus signum edat, & quod
 alias insolens, calceos induat, op-
 time colligit doctissimus Maimo-
 nides, fieri solitum ut in luctu
 sandalia exuerentur. Hunc morem
 etiamnum observari apud Judæos
 ut in funeribus discalceari oporteat
 lugentes monuerunt viri ad mira-
 culum in lingua & ritibus eorum
 eruditus Paulus Fagius & Johannes
 Buxtorfius, & post eos vir cele-
 berrimus Martinus Gejerus, qui
 ex Minhagim Germanicis adduxit
 haec præcepta. Wenn das meth (ver-
 storbne) noch nit zu Kefura (Grab)
 ist kommen, darf der afel (leid-
 dragende) nicht die Schuh aus thun.
 hoc est, Quando mortuus, nondum
 delatus

Fag. ad:

Deut. 14.1.

Buxt. Syn.

Iud. c. 49.

Gejer. de

Luct.

Hebr. c. 15.

308 De CALCEIS HEBRÆOR.

delatus est ad sepulturam, non audet
lugens calceos exuere. Postmodum
inchoato semel luctu, mus er die
Schuh austhun, und sol sein Weib
stecken lassen, hoc est debet calceos
exuere, & ab uxore abstinere. Qui-
bus similia leguntur in Massech.
Sem. cap. i.

Massech.
Sem. cap. i.

Braun. de
Vest. Sac.
Hebr.
pag. 61.

Suet. in
Aug. cap.
101.

Bald. de
Calc. Ant.
cap. 23.
Braun.
loc. cit.

IX. Ex Suetonio qui in funebri
Augusti pompa refert: Reliquias
legerunt primores equestris ordinis,
tunicati & discincti, pedibusque nu-
dis, ac in Mausoleo condiderunt,
idem observatum fuisse à Romanis
ut in funeribus nudis pedibus in-
cederent, notavit vir elegantissi-
mus Benedictus Balduinus. Paria
habent alii, & nuperrime id mo-
nuit Johannes Braunius. Ego
vero non video ex hoc loco posse
colligi Romanorum hunc ritum
fuisse, ut discalceati luctum fune-
bremi testarentur. Nam quod le-
gimus in pompa funebri Augusti
factum, plane singulare est, &
alias insolitum. Hæc enim reve-
rentiae